

Angelus

Angelus Domini nuntiavit Mariae.
Et concepit de Spiritu Sancto.
Ave Maria...

Ecce ancilla Domini.
Fiat mihi secundum verbum tuum.
Ave Maria...

Et Verbum caro factum est.
Et habitavit in nobis.
Ave Maria...

Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.
Gratiam tuam quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.
Amen.
Gloria...

Regina caeli

Regina caeli, laetare, alleluia:
Quia quem meruisti portare, alleluia,
resurrexit, sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

Gaude et laetare, Virgo Maria, alleluia.
Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Ave Maria...

Oremus.
Deus, qui per resurrectionem Filii Tui, Domini nostri Jesu Christi, mundum laetificare dignatus es : paesta, quaesumus ; ut, per ejus Genitricem Virginem Mariam, perpetuae capiamus gaudia vitae.
Per eundem Christum Dominum nostrum.
Amen.
Gloria...